

cap. 8. & 11. Pactis successoris, de Jure Civili invalidis, robur conciliat, & sexcenta alia facit, quibus jus commune dispensandò relaxat. Gaill. 2. *obseruat.* 142. *num.* 7. & 8. Rosenthal de *Fend.* cap. 7. *conclus.* 29. *num.* 25. D. ab Andlern *lib. 1. tit. 3. part. 2. n. 24.*

125 Neque ambigo, quin ipsas Leges Civiles,

si quæ, (ut sunt infinitæ) intricatæ & perplexæ videantur, Imperator interpretari & declarare possit. Hanc quippe potestatem, cum antiquitus habuerit *l. ult. §. 1. Cod. de LL.* adhuc retinet, donec adempta fuisse probetur *arg. l. sancimus 27. Cod. de Testam. l. præcipimus 32. §. ult. Cod. de Appellat.*

### CAPUT VIII.

#### De Jure Singulari, sive Rescriptis.

**S**pecies Juris Legalis, in præcedentibus Capitibus explanatæ, sunt universales, ac Jus Universalitatis & integris communitatibus quæ talibus statuunt. Occurrunt hic *Rescripta*, quæ quidem aliquando Jus universale faciunt; plerumque tamen jus singulare duntaxat privatas inter personas operantur. De Jure itaque singulari, per Rescripta & Privilegia obtentò vel obtinendò, hoc capite tractabitur.

### SECTIO I.

#### De Rescriptis in genere.

##### SUMMARIA.

1. *Eymologia Rescripti.* 2. *Synonymia.* 3. *Definitio.* 4. *Est responsum Summi Principis.* 5. *Vel etiam, si laxè placeat loqui, inferioris.* 6. *& seq. Ad instantiam partis.* 8. *& seq. Scriptio redditum.* 12. *Rescriptum aliud est Gratia, aliud Justitia.* 13. *Aliud mixtum.* 14. *& seq. Partes Rescripti sunt narratio & conclusio.* 19. *& seq. Narratio supplicantis à narrante est probanda.* 22. *& seq. Excepta idoneitate intrinsecâ.* 24. *& seq. Narratio rescribentis nec probat, nec probari debet, si in ea non fundatur intentio.* 26. *& seq. Si in ea fundatur intentio, plene probat.* 29. *Pauci repelluntur ab impetrando Rescripto.* 30. *& seq. Processus habitus virescripti, ab excommunicatione impetrari, est ipso Jure nullus.* 34. *& seq. Subiunguntur casus excepti.* 37. *& seq. Potest quis pro alio Rescriptum Gratia, non autem Justitia, sine mandato impetrare.* 43. *& seq. Exhibetur modus & forma accidentaliter expediendi Rescripti.* 52. *Rescriptum facit Jus singulare.* 53. *Nisi sit declarativum Juris, ante Corpori Juris inferatur.* 54. *& seq. Regula interpretandi rescriptum.* 56. *Executio est faciendâ tempore & modo rescripti.* 57. *Dan-*

*tur in hunc finem executores.* 58. *Debent esse in dignitate, personam, vel Canonice Cathedrali.* 59. *& seq. Transit quandoque jus exequendi ad successorem.* 63. *Quando executio est nudum ministerium, quilibet eam facere potest.* 64. *Quando est circa materiam forti intermi, executor debet esse Dotor.* 65. *Rescripta habent vitia communia & specialia.* 66. *Ex specialibus est manifestus error latinitalis.* 67. *Violatio juris tertii.* 68. *Repugnancia Juri Communis.* 69. *& seq. Proponitur & discutitur questio, an Rescripta contra constitutiones Conciliorum requirant expressam derogationem?* 82. *Rescriptum contra Tridentinum non requirit derogationem expressam.* 83. *& seq. Agitur de vitio ob- & subreptionis.* 85. *& seq. Explicatur cap. in literis 20. de Rescript. 93. & seq. Deciso hujus cap. debet etiam applicari ad Rescripta Gratia.* 97. *& seq. Etiam ad defectum causæ impulsivæ.* 100. *& seq. Ut & ad subsistent alterius causæ ex duabus.* 103. *& seq. Ob- vel subreptione dolosa Rescripta ipso Jure vitiat.* 106. *& seq. Motus proprius sanas vitium sub- non obreptionis.*

### §. I.

#### Quid & quotuplex sit Rescriptum?

**R**escriptum, à rescribendo, subscribendo, vel respondendo denominatum esse, nomen ipsummet facit manifestum, & probat *l. non distinguemus 32. §. 14. ff. de Receptis, qui arbit. l. appellandi 1. §. 1. ff. de Appellat. Gonzalez ad cap. ceterum 3. de Rescript. n. 4.*

rarium *cap. nonnullis 28. d. 1. cap. pastoribus 8. de Fide instrument. cap. ex multa 9. de Foro & Fori redempt. cap. ex parte 3. de Capell. Nonach.*

Describi potest, quòd sit responsum Principis, ad instantiam partis, scriptò redditum.

Dixi I. *responsum Principis*; intellige vel Sæcularis, vel Ecclesiastici. Et quidem, si loqui veli-

velimus in rigore, soli Principes Supremi, nimirum in spiritualibus Papa, in temporalibus Imperator, aut Rex, rescribere dicuntur: sicut enim Jura concedere, relaxare, vel declarare Supremis tantum Principibus principaliter competit; ita & illis primariò convenit, & respondum Juris.

Attamen si paulò largius vocabulum Rescripti sumere liceat, inferiorum Principum literæ vel responsa non incongruè Rescripta vocantur: quatenus & illi, potestatem, à Supremis concessâ, jus inter partes constituere possunt. *Zoëf. ad tit. de Rescript. n. 2. P. König eod. tit. n. 4. P. Reiffenstuel ibid. n. 3.*

Dixi II. *ad instantiam partis*; puta ad præviam alterius relationem, supplicationem, vel consultationem. Quæ notâ Rescriptum differt ab Edicto, quòd à Principe motu proprio in utilitatem subditorum promulgari solet *l. Leges 3. Cod. de LL.* Quòd si, ut nonnunquam amat fieri, Rescriptis quoque reperitur hæc inserta clausula: *motu proprio*; non propterea desinunt esse Rescripta, sed Rescribens declarare voluisse creditur, se non tam precibus supplicantis, quam innatâ suâ clementiâ, vel urgente sic aut iudicente ratione, ad faciendam gratiam fuisse permotum *arg. cap. sedes 15. de Rescript. cap. si motu 23. de Prabond. in 6. ubi Passerin. n. 31. l. que ex 2. Cod. de LL. Clariff. DD. Antecessores, P. Placidus Bridler de Clausul. Rescript. claus. 24. lit. m. Christophorus Döring de Jure Rescript. eb. 7.*

Dixi III. *scripti redditi nra.* Et enim intrinseca Rescripti forma stet in voluntate Rescribentis, signò quòdam exteriorè manifestatâ: nec Rescribens ipsemet responsum ac literas suas formare conseruerit, sed (loquendò de Rescriptis Pontificis) supplicationes, pro petenda gratia oblatæ, per verbum *fiat*; *Rota-*

*Rom. in Reo. p. 5. tom. 1. decif. 330. n. 17.* supplicationes autem pro decernenda iustitia per verbum *placeat*, à Summo Pontifice, additâ initiali sui nominis literâ, significant. *Rota d. l. decif. 330. n. 19.* Nihilòtamen minus antiquam literæ Apostolicæ expediatur, gratiæ conferendæ dicuntur in hodiernis *Reg. Cancell. 27. rudes & informes*; commiffiones verò causarum, unâcum processu inde secutò, in *Reg. Cancellar. 31.* nullius esse roboris pronuntiantur.

Qua de re falsè Baldus dixisse memoratur, in lingua Principis stare gratiam, in scriptura testimonium, in executione gratiæ commodum & emolumentum. *Clariff. D. P. Döring d. l. eb. 19.*

Si tamen contingeret, S. Pontificem, qui voluntatem suam de conferenda gratia jam explicaverat, ante literarum expeditionem ex hac vita decedere; oratori supplicis per *Reg. Cancellaria 10.* confiluit, in qua S. P. Clemens XI. statuit, ut gratia, per prædecessorem Pontificem concessa, per successorem executioni tradantur, in forma rationi congrua: eò quòd omninò rationabile & æquum sit, ut ea, quæ de Romani Pontificis benignitate decreta sunt, sed præmaturâ illius morte infestâ, manserunt, plenum effectum per substitutionem in Officio consequantur. *Erasmus à Cockier ad cit. Reg. Cancellar.*

Rescriptum aliud est Gratia, aliud Justitia. Rescriptum Gratia procedit ex mera gratia & liberalitate concedentis. Rescriptum Justitia ex quadam necessitate & vinculo juris emanat.

Ex utroque mixtum appellant, quod partim continet favorem v. g. concessionem beneficii; partim iustitiam, ut dum executor ad beneficii collationem eum potestatem, contradicòres compescendi, designatur. *P. Wiestner ad tit. de Rescript. n. 8.*

### §. II.

#### Quot partes habeant Rescripta? Et quomodò illæ probandæ?

**R**escripta qualibet duas partes complectuntur: Narrationem & Conclusionem. Narratio vel est supplicantis, vel Rescribentis. Narratio supplicantis est propositio & relatio illius, qui supplices pro impetrando Rescripto literas dedit, à Rescribente summam repetita. Narratio Rescribentis est relatio & expositio illius, qui ad supplices literas respondet, ac motu proprio quædam responsioni inserit, antehà à supplicante non suggesta.

Conclusio est dispositio seu resolutio Rescribentis ad causam & casum propositum. Hæcque principalis & præcipua pars Rescriptorum dicitur: quia intentionem & mentem Principis depalliat, clausulas quasdam exhibet, ac gratiæ concessæ substantiam & qualitatem declarat.

Emanuel Gonzalez ad *cap. ex parte 2. de Rescript. num. 15.* quinq; Rescriptorum partes enumerat. Primam appellat corpus signaturæ, seu narrationem; secundam Responsonem, seu concessionem; tertiam clausulam;

quartam datam; quintam signaturam. Sed, me iudice, istæ partes quinque ad duas maxè explicatas convenienter reduci possunt: cum tertia, quam clausulam dicunt, rectè ad Conclusionem; quarta & quinta aptius ad modum concipiendi quam separatam partem revoventur. Indagandum superest, quomodò & à quo Narratio Rescripti probanda sit?

Dico I. Narratio supplicantis regulariter à supplicante probanda est. *P. Engel de Rescript. n. 9. Gonzalez ad cit. cap. n. 17.* Constat tam ex *cap. susseptum 6. §. si duo de Rescript. in 6.* ubi, qui beneficium vacare per resignationem exposuit S. Pontifici, in beneficii collatione profertur illi, qui id vacare per mortem narravit, si narrata probaverit: quàm ex *l. sicut iniquum 5. Cod. de Fide instrum.* ibi: *intellegere debetis, probari debere, fidem precibus vestris adesse.* Ratio est: quia Summus Pontifex non aliter rescribit, quàm conditionatè: si preces veritate nitantur *d. cap. ex parte 2. de Rescript. Imperator vero nullam Rescripto suo*

fuo vim inesse declarat, si clausulam prædicatam non habeat expressè insertam l. ult. Cod. de divers. Rescriptis. Sicut ergo alius, qui jus conditionatum habet, conditionis existentiam, tanquam intentionis suæ fundamentum, probare tenetur l. quæries 1. l. ei incumbit 2. l. cum de Lege 17. l. verius 21. ff. l. in creditor 1. Cod. de Probat. Sic qui fundamentum intentionis suæ in Rescripto ponit, cui annexa conditio: si preces veritate nitantur.

22 Dixi regulariter. Excipitur enim casus, quod supplicans narravit, se esse idoneum ad beneficium, & Rescribens hanc clausulam addidit Rescripto: si fueris idoneus: tunc quippe non tenetur impetrans probare, se esse idoneum, per textum luculentum in cap. ult. de Præsumption. Quem tamen DD. vulgò de sola idoneitate intrinseca & dispositione animi, non verò de qualitatibus externis & adventitiis, ætate, scientiâ, legitimitate &c. interpretantur cum Barbosa in id cap. n. 2. Wagnerck ibid. Alias exceptiones dabit P. Engel d. l. n. 10.

24 Dico II. Narratio Rescribentis nec probat aliquid, nec probati debet, si Rescribens intentionem suam in ea non fundaverit. Panormitanus ad Clem. un. de Probat. n. 2. Engel d. n. 9. Patet I. a sensu contrario d. Clem. un. de Probat. II. ex cap. si Papa 10. de Privileg. in 6. ubi dicitur, Ecclesiam exemptam propterea non censeri, quòd exempta à Pontifice no-

minata fuerit in Rescripto. III. ex Clem. ult. de Sent. excommunicat. ubi, si Papa aliquem in literis suis sub titulo quocumque dignitatis honoret, sanctum habetur, nec dignitatem, nec personam, in dignitate per hoc firmatam aut probatam, censeri. Ratio est: quia ex una parte stat præsumptio, similes qualitates magis in supplicatione suggestas, quam à Narrante propriâ autoritate expressas fuisse; idèoque nil probant: ex altera verò parte, cum Rescribens in illis narratis intentionem suam non ponat, nihil interest, vera an falsa sint narrata: quia in utroque casu idem Rescribens gratiam facere voluisse præsumitur.

Dico III. Quando Rescribens in sua narrativa fundat intentionem rescribendi, illa à supplicante probari non debet, sed plenam per se probationem facit. Textus apertus in d. Clem. un. de Probat. ubi Panormitanus, Barbosa, & alii Interpretes. Ratio est: quia quæ ex propria scientia facit Princeps, circumspèctè censetur fecisse; nec certæ conditioni mentem suam alligasse, nisi veritatem illius perspectam habuisset.

Limitat hanc conclusionem P. Engel d. l. num. 9. quando Papa rescribens narrat de facto alieno: tunc enim ex narratione præsumptionem fidei quidem enasci autumat, illam tamen per probationem in contrarium impugnari posse, admittit.

§. III.

Quis possit impetrare Rescriptum?

29 Rescriptum omnis impetrare potest, qui servus, hereticus, aut excommunicatus non est cap. dilectus 26. de Rescriptis. cap. ipso Jure 1. eod. in 6. l. nullus hereticus 2. Cod. de Summa Trinit. l. licet servilis 1. Cod. de Precib. Imperat. offerend. Quod adeò verum est, ut Rescriptum, ab excommunicato impetratum, sit asilum, ac, si tendat ad justitiam, totus processus, virtute Rescripti habitus, valore destituitur d. cap. dilectus 26. ubi Gonzalez num. 9. & 10. d. cap. ipso Jure 1. in 6. ubi Passerin. d. n. 8.

31 Neque reclamatur textus in cap. pia 1. de Exceptis. in 6. ubi disponitur, acta in judicio cum excommunicato valere, si nullitatis exceptio intra judicii moras non fuerit opposita. Nam ista dispositio solum procedit in judicio & iudice ordinario, qui jurisdictionem in excommunicatum habere, nec excommunicato quiddam deesse, præter legalitatem personæ, supponitur: contra quam proinde, si adversarius non excipiat, acta subsistere permittuntur. Nostra verò resolutio versatur in judicio & iudice delegato, qui jurisdictionem suam ex Rescripto primitus acquirit: adeoque si Rescriptum, uti hic, nullum sit, nullam exinde jurisdictionem adipiscitur: consequenter acta & actrata ab eo, qui jurisdictione caret, nulla penitus & inutilia sunt. P. Pirhing ad tit. de Rescriptis. n. 7.

Excipiuntur autem à superiori conclusione, quòd excommunicatus nequeat impetrare Rescriptum, aliquot casus. I. est, quando Rescriptum super ipsomet excommunicationis negotio vel appellationis articulo impetratur: tunc enim Rescripti valorem sustinet defensionis necessitas, quæ nequidem excommunicato subtrahenda d. cap. ipso Jure 1. de Rescr. in 6. Passerin. ib. n. 28. & seqq. II. est, quando excommunicatio tantum est minor: quippe cum excommunicationis, simpliciter prolata, nomine non intelligatur alia, quam major per cap. si quem 59. de Sent. excommunicat. III. est, quando Rescriptum petitur ab Imperatore, vel alio Principe sæculari: quia ex una parte cit. cap. ipso Jure de Rescriptis Apostolicis duntaxat conceptum legitur; ex altera verò parte excommunicatus non tam inhabilis judicatur, ad acquirenda vel possidenda jura temporalia quam spiritalia. P. Pirhing cit. loc. num. 10. P. Wieltner ibid. n. 21. Clariss. P. Schmalzgrueber ibid. n. 5.

IV. est, quando Pontifex notitiam habet excommunicationis: nam ipso factò dispensasse censetur cum excommunicato, ad effectum Rescripti consequendum: quemadmodum Summi Pontifices modò plerisque Rescriptis, ad impetrandum illorum effectum, præmittere solent absolutionem: ut adeò cit. cap. ipso jure moribus hodie-

hodieris vix unquam effectum habeat. Passerin ubi supra n. 1. & 2.

38 Si petas: possitne quis Rescriptum impetrare pro alio?

R. distinguendò inter Rescriptum Justitiæ & Gratiæ. Rescriptum Justitiæ de Jure Communi nequit alius impetrare pro alio, nisi vel personæ sint conjunctæ, quæ sine mandato ad agendum alienò nomine admittuntur; vel speciale mandatum aut generale cum libera habeant. Textus in cap. nonnulli 28. §. sunt & alii cap. ex parte Decani 33. in fin. de Rescriptis.

39 Et, si quis de facto, extra casus mox exceptos, Rescriptum extorqueret, illud non tantum exceptionis ope, sed ipsò Jure nullum & irritum esse, non minus ac iudicium, falsò procuratore agitatum in l. licet 24. Cod. de Procurat. judicant Zoëli ad cit. tit. n. 11. Pirhing n. 12. Wieltner num. 23. Schmalzgrueber num. 6.

40 Rescriptum Gratiæ alius pro alio non prohibetur impetrare, tamen si nec propinquitate sit alteri conjunctus, nec mandato instructus per textum in l. universis 6. Cod. de Precib. Im-

perat. offerend. ubi, cum Jure Civili hæc assertio luculenter habeatur decisa; de Jure Canonico, quòd gratias & favores etiam absentibus & ignorantibus prodesse voluit cap. accedens 24. de Prebend. cap. si sibi absenti 17. eod. in 6. æqualiter decisa fuisse colligitur. P. Suarez de LL. lib. 6. cap. 13. à n. 6. P. König de Resc. num. 5. P. Schmalzgrueber cit. l. num. 7. Ratio discriminis est: quia Juribus nostris summopere sunt odiosæ & exosæ lites cap. ult. de Alienat. Judic. mut. l. quidam 20. ff. de R. C. nec alterius locò sine mandato quempiam non-conjunctum agere permittunt l. in causa 27. in pr. ff. d. l. licet 24. Cod. de Procurat. At opera Christianæ charitatis, quæ in beneficiis & gratiis procurandis sita sunt, Jura non impediunt, sed maxime commendant per l. servus 7. ff. de Serv. exportand.

Dixi superius de Jure Communi. Nam in Curia Romana etiam ad lites impetrari posse Rescripta sine mandato, probat ex variis Authoribus P. Reiffensuel ad tit. de Rescriptis. num. 59.

§. IV.

Quis Modus & Forma in conscribendis Rescriptis adhibeatur?

43 Modus & Forma conscribendi Rescripta depeadet plurimum à stylo Curiæ; contra quem si Rescripta deprehendantur fuisse concepta, pro falsis habentur, ut notat Brunn. ad l. sacri affatus 6. Cod. de Divers. Rescriptis. n. ult. Abstrahendò tamen à stylo Curiæ, & loquendò de Jure Communi.

44 I. in Rescripto ponitur nomen Rescribentis, Pontificis aut Imperatoris.

45 Pontificis aut Imperatoris. II. exprimitur annus Incarnationis & Pontificatus, si Rescriptum Pontificium; vel, si Cæsareum sit, consul, dies, & indictio l. si qua 4. Cod. d. t.

46 III. in Rescriptis Apostolicis Episcopi & Archiepiscopi venerabiles fratres; Imperatores, Reges, Principes, & cæteri fideles, etiam Ecclesiastici & Cardinales, filii nuncupantur cap. quàm gravi 6. de Crim. falsi.

47 IV. in iisdem Rescriptis, quando dirigitur ad unum, nunquam plurali numero vos sive vester utitur Rescribens, sed singulari, & in secunda persona 48 te tuam &c. d. cap. 6.

49 V. eadem Rescripta Apostolica bullantur cum filio serico, rubeo, & croceo, si dentur ad gratiam; & si ad justitiam cum filo cannabis, in quo plumbum pendet, clauduntur: qua de causa in cit. cap. 6. bullarum filum diligenter inspici jubetur.

VI. in Rescriptis Pontificiis, quando in forma Brevis breviter & paucis verbis expediuntur, appenditur in cera rubra sigillum Papæ, quòd Annulus Piscatoris dicitur, propter insculptam ei imaginem S. Petri, ex nave jaçentis rete in mare, cum subscriptione: Datum sub Annulo Piscatoris. P. Wieltner ad tit. de Rescriptis. n. 7.

VII. Rescripta Imperialia purpureo colore scribuntur, & cocti muricis tritico concillii ardore signantur d. l. sacri affatus 6. Cod. de Div. Rescriptis. ubi Brunn. num. 3. advertit, hanc formam exolevisse. Conferatur Gonzalez ad cit. cap. quàm gravi 6. num. & seqq.

Cæterum forma, hucusque præscripta, magis accidentaliter quam substantialis appareret. Substantialis autem ex num. 8. desinitur ex ipsâ Rescribentis intentione, per verborum tenorem manifestatâ: quid enim, quantum, quale, quò ordine, quâ conditione Rescribens justitiam aut gratiam exhibere velit, ex verbis dignosci debet; nec sine periculo nullitatis & frustrationis contraveniri potest per cap. cum dilecti 22. de Rescriptis. cap. cui de non Sacerdotali 27. de Prebend. in 6. P. Reiffensuel ad tit. de Rescriptis. n. 144.

§. V.

Quis effectus sit Rescriptorum; quomodo interpretanda & exequenda sint?

52 Effectus Rescriptorum est, quòd regulariter Jus particulare, & inter partes duntaxat, pro quibus emanant, faciant l. qua ex 2. l. Leges 3. Cod. de LL. Engel ad tit. de Rescriptis. num. 1. Pirhing ibid. num. 3. König ibid. n. 8.

53 Jus autem universale & Legale tum demum operantur, quando ad declarationem Juris dubii, redduntur cap. in causis 19. de Sentent. &

re judic. cap. ex multa 9. de Voto & Voti redempt. l. ult. in pr. & §. Cod. d. t. aut jussu Rescribentis Corpori Juris Communis inferuntur arg. cap. si Apostolica 22. de Prebend. in 6. l. DEO auctore 1. §. 6. Cod. de V. F. E.

54 Interpretatio Rescriptorum regulatur juxta normam interpretandi Leges: adeò ut interpretatio authentica, doctrinalis, extensiva, & re-

& restrictiva non minus in Rescriptis quam Legibus, pariformiter adhibeatur. Reiffenstuel ad *tit. de Rescriptis*. n. 119. Recurrendum figuratur ad *tr. ad. p. amb. cap. 3. sect. 1. & 2.* Id solum adverte, quod legi in Rotæ Rom. *decis. 18. n. 21. p. 9. to. 1. & decis. 271. n. 2. 3. & 6. p. 14. in recent.* Rescriptum ambiguum juxta supplicationem intelligendum esse.

56 Executio Rescriptorum ed tempore & modo faciendâ, quâ à Rescribente fieri jussa est per *cap. de causis 4. de Off. & pot. Jud. deleg. Rota Rom. cit. p. 14. decis. 271. n. 8.* Si nihil à Rescribente de tempore vel modo Rescriptum aut præscriptum fuerit, erunt consulenda, quæ dicemus in *sect. 2. & 3.*

57 Hunc in finem à Sede Apostolica speciatim constituti solent executores, nempe ut cognoscant de veritate & clausulis Rescripti (quæ cognitio dicitur aliâ *interinatio* P. König *cit. loc. num. 7.*) ac Rescriptum in effectum deducant. Et quidem, si executio Rescripti, tum Gratæ tum Justitiæ, respiciat Jurisdictionem externi fori, non aliis personis, nisi quæ in dignitate, personatu, vel Canonatu alicujus Ecclesiæ Cathedralis tunc constituta, propter majorem S. Sedis reverentiam & honorem delegatur *cap. statutum 11. in princ. de Rescriptis*.

59 in 6. Quodsi contingat, delegatum executorem, antequam partes suas & executionem expleverit, cedere, decedere, vel excludere dignitate, personatu, vel Canonatu, videndum est, utrum executio ipsi fuerit delegata sub nomine dignitatis, personatus, vel Canonatus, an sub nomine proprio & personali.

60 Priori casu etiam Successor in dignitate, personatu, vel officio potest executi Rescriptum per textum in *cap. quædam 14. de Off. & pot. Jud. deleg.* quia nimirum dignitas, personatus, aut Canonatus, ad quem re-

spexit delegans, non cessat vel extinguitur, cum possessore, sed continuatur & conservatur in successore. Idque etiam in Vica-rio Generali, quamvis officium illius & dignitas ad nutum Episcopi revocari valeat, propter moralem perpetuationem in successore, communiter substitui consueto, procedere, tenent Panormit. ad *cit. cap. num. 10. & 11.* Piascius in *praxi Episcopali cap. 4. n. 6.* Wiestner ad *tit. de Rescr. n. 149.* Clariss. P. Schmalzgrueber *ibid. n. 33.*

Posteriore casu non transit executio de persona in personam: utpote cum extet regula generalis, quod ea, quæ personalia personisque sunt annexa, cum persona desinant & pereant *cap. privilegium 7. de R. J. in 6.*

Si autem Rescripta solummodo concernant externum aliquod ministerium & factum nudum absque Jurisdictione, sicuti v. g. est sola immissio in possessionem beneficii vel alterius juris, absque cognoscendi potestate; vel spectet ad forum internum, sicuti v. g. est absolutio à censuris, vel dispensatio in impedimento occulto ex delicto &c. non extinguitur in delegato aliqua præminencia dignitatis, personatus, aut Canonatus; sed quoad ministeria primi generis quilibet potest executorem agere; quoad executiones autem secundi generis requiritur in executore, præter approbationem ad eam animarum, Doctoratus SS. Theologiæ vel SS. Canonum, in Universitate quadam publicè receptus; nec sufficit Licentiatum, aut Gradus Doctoralis, aliunde comparatus, nisi peculiare desuper privilegium, quale Sacerdotes Societatis Jesu habere dicuntur, sit impetratum. Wiestner *cit. tit. n. 158. & seq.* Schmalzgrueber *ubi supra sub n. 32. & alii à cit. P. Wiestner citati.*

## §. VI.

### De Vitiis Rescriptorum.

65 Vitia Rescriptorum vel sunt aliis quoque scripturis & instrumentis communia; vel solis Rescriptis propria. Vitia priora sunt contrarietas, rasura, cancellatio, de quibus agemus in *to. 2. lib. 2. in speciali cap. de Instrumentis.*

66 Ad vitia posteriora refertur I. manifestus error latinitatis, non tam contra orthographiam aut elegantiam sermonis, quam contra regulas emendatæ & puræ constructionis admittit *cap. ad audientiam 11. de Rescriptis*. quia verosimile non est, tam enormem sollecitum non fuisse notatum, si à Romana Curia Rescriptum legitime promanasset, ubi per tot Officialium manus & oculos transire debuit. P. Engel ad *ennd. tit. n. 13.* monens, idipsum in Rescriptis Cæsareis obtinere; consentiente Panormitano, Barbosa, Wagner, & Gonzalez ad *d. cap. in not. n. 3.*

67 II. Si contra jus privatum personæ tertiæ sine causa utilitatis aut necessitatis publicæ, ac sine clausula *ex certa scientia* Rescripta for-

mentur *cap. super eo 15. de Off. Jud. deleg. cap. quævis 8. de Rescriptis. in 6. l. prater ait 2. §. 16. ff. Ne quid in loco publ. Regula Cancell. 18. Rota Rom. in recent. p. 9. to. 1. decis. 217. num. 19.* Conferantur superius scripta in *cap. 1. à n. 194. &* quæ habentur in *Epitome quest. Select. de Jur. Ord. & Exempt. p. 1. g. 19.* operâ & studio Clarissimi ejusdem Assessoris in Consistorio Neostadiensi confectâ.

II. Si Rescriptum contra Jus Comune, scriptum & non-scriptum, tendat, neque mentio fiat Juris Comuni, cui derogatur *cap. eam 10. 4. de Beate & qual. & Ord. præsentend. cap. nonnulli 28. in fine pr. de Rescriptis. cap. ex parte 3. de Capell. Monach. l. rescripta 7. Cod. de Precib. Imperatori offerend. l. ult. Cod. si contra Jus.*

Verum hic egregia & practica consurgit quæstio: utrum, si Rescriptum emanet contra alicujus Concilii Generalis constitutionem, sufficit derogatio generalis, per hæc aut similia verba: *non obstantibus quibuscumque constitutionibus contrariis; vel utrum requira-*

## De Vitiis Rescriptorum.

tur specifica derogatio illius Concilii dicendâ v. g. non obstante Constitutione Concilii Lateranensis &c? Derogationem specialem post Archidiaconum & Joannem Andream requirunt Covarruv. *Var. Refolut. lib. 4. cap. 16. num. 13.* Clariss. P. Joan. Bapt. Ebberth. *Select. contrav. p. 2. contr. 2.* Author *cit. epis. p. 1. g. 3.* allegans aliquot Rota Romanæ decisiones. Derogatione generali sunt contenti post Innocentium, Joannem Monachum, & Antonium de Butrio Suarez de *LL. lib. 8. cap. 19. num. 5.* Gonzalez ad *cit. cap. ex parte 3. de Capell. Monach. num. 2.* Clariss. P. Cuetrather *test. Jur. Can. lib. 1. tit. 3. n. 19.*

71 Ego, cum à nemine hanc quæstionem accuratius fuisse tractatum comperiam, quam à Passerino ad *cap. licet 1. de Constitut. quest. un. art. 13.* illius doctrinam in compendium stringo, & adverte I. praxin Ecclesiæ Romanæ usque ad sæculum 13. hanc extitisse, ut in dispositionibus, quæ Juri Communi vel etiam Conciliis generalibus erant contrariæ, clausulam derogatoriam nunquam adhibuerit.

72 Refert ad hujus demonstrationem Passerinus *cit. l. à num. 265.* varia privilegia, quibus SS. Pontifices complures Regines & Monasteria vel à Jurisdictione Ordinarii, vel à solutione decimarum, vel ab aliis obligationibus Juris Communi exemerunt, nec tamen ullam

73 contrarij juris memoriam fecerunt. Dicit autem non potest, Pontifices similia ex ignorantia Concilii vel Juris Communi, quod in sermone pectoris habere præsumuntur in *cit. cap. licet 1. de Constitut. in 6. egisse; sed potius ex ea consideratione, quod cogitaverint, ejusmodi derogationem, cum de voluntate derogandi jam conslet, non esse necessariam.*

74 Adverte II. derogationem Concilii tunc solum antiquiori Romanæ Curie stylo in usu fuisse, quando Concilium habebat clausulam derogatoriam ad futura Rescripta; quemadmodum in *cap. nonnulli 28. in fine pr. de Rescriptis.* constitutio Concilii Lateranensis, ne aliquis vi Rescripti Apostolici trahatur ultra duas diocetibus ad Judicium, continet derogatoriam clausulam, nisi Rescriptum futurum *de assensu parvium fuerit impetratum, aut expressam de hac constitutione mentionem fecerit.* Siquidem Pontifices Successores in reverentiam Antecessorum non voluerunt ab ejusmodi constitutionibus, absque derogatione, vel expressa vel æquipollente, recedere. Passerini *cit. loc. num. 275.*

75 Adverte III. Occasione *cit. cap. nonnulli* primitus subortam fuisse controversiam, utrum non in omnibus Rescriptis, quæ contra generalium Conciliorum decreta conceduntur, clausula derogatoria requiratur? Et quia SS. Pontificibus non erat incognita disputantium altercatio, illos ad tollendam ambiguitatem à tempore Bonifacii VIII. nonnunquam uti clausulis derogatoriis, sed tantum generalibus, capisse; postea subinde generales, subinde speciales derogationes placuisse; donec tandem à potiori Rescripta contra gene-

ralium Conciliorum constitutiones non aliter, ac cum expressa derogatione, fuerint expedita. Passerini *d. l. n. 278. & seq.* Quibus sic animadvertis,

Cum eodem Passerino *n. 285.* opinor, adhuc hodie clausulam generalem derogatoriam sufficere; eò quod nulla sit necessitas, sive constitutionibus Apostolicis in specie sive constitutionibus Conciliaribus, quæ robur & vires unice capiunt ex Auctoritate Pontificis, specificè derogandi; neque perspicuum appareat textus, similem derogationem absolventem & universaliter postulans. Hæcque opinio decisâ fuit à Rota Rom. in *recent. p. 14. decis. 5. n. 4.* in una Hispanensi decimarum, ac resolutum, quòd privilegium, contra tenorem Constitutionis Conciliaris in *cap. nuper 34. de Decimis* concessum, ut liceat percipere decimas de suis terris & possessionibus, ad excolendum alteri traditis, non exigat derogationem expressam, sed generalis sufficiat per clausulam *non obstantibus &c.* Quin imò cum laudato Passerino, à quo non discordat Card. de Luca *Relat. Cur. dist. 2. num. 28.* existimo, neque specialem, neque generalem clausulam in Rescriptis contra generalia Concilia, non habentia derogationem in futurum, desiderari, quando ex tenore, prægnantia, vel amplitudine verborum sufficienter constat de voluntate Papæ, Concilii generalibus derogandi.

Sic enim si Papa disertis verbis in Rescripto concedat, quod certum est, adversari Concilio, veluti si liberalissimè Religiosis mendicantiis indulgeat exemptionem à solvenda quarta funeralium, Concilio generali in *Clem. datum de Sepelis.* sufficienter derogasse censetur, ut censuit Rota Rom. coram Zorate die 4. Junii 1653. apud *cit. Passerinus d. num. 287.* Ratio est: quia non est præsumendum, quòd S. Pontifex oratorem supplicem fallere vel decipere voluerit, concedendò id, quod aperte repugnat Concilio, & simul denegandò, quia clausulam derogatoriam omittit. Rationem aliam dat prælaudatus Card. de Luca: quia specialis mentionis necessitas non provenit ex defectu potestatis, sed ex conjectura voluntatis, quæ in dubio non præsumitur: ideòque si ex verborum amplitudine, vel argumentis, aut facti circumstantiis constet de voluntate derogandi, quamvis præsumptâ, tunc ea debet attendi.

Planè quòd opus non sit expressâ derogatione Concilii Tridentini, passim Aa. consentiunt ob clausulam, in ipso Trident. *sess. 21. cap. 21. de Reformat.* contentam, quòd nimirum in omnibus statutis de reformatione morum aut disciplina Ecclesiastica sit excepta Sedis Apostolica Auctoritas. Card. de Luca *ubi supra* Paulus Rubens in Annot. ad Rotæ *decis. 90. p. 9. to. 1. in recent. à n. 298.* sicque pluries Rota tenuit, præsertim in una Bononiens. Priorat. in *recent. p. 2. decis. 120. num. 6.* & in una Hispanensi Legitimitatis *decis. 687. num. 24.*

## §. VII.

## De Vitio Ob- &amp; Subreptionis.

- 83** AD Vitia Rescriptorum revocatur IV. ob- & subreptio *cap. super literis 20. de Rescript. l. proscriptio 2. l. cisi Legibus 5. Cod. si contra Jus &c.* Dicitur autem obreptio committi, quando exprimitur falsum; subreptio, quando supprimitur & occultatur verum. P. Engel ad *cit. tit. n. 11.* ubi tamen advertit, in effectu nil interesse.
- 84** Quamquam in eo non parum interfit, utrum expressa falsitas aut suppressa veritas circum punctum aliquod veretur, quod perse & non per accidens pertinet ad Rescriptum. Clariss. P. Schmalzgrueber ad *cit. tit. n. 15.* & ego infra in n. 106.
- 85** Hic tamen cum Innocentio III. in *d. cap. super literis* accuratè distinguendum est, an ob- vel subreptio ex dolo & malitia; an ex ignorantia & simplicitate acciderit? In primo casu ait Pontifex, quòd mendax precator *nulum ex Rescripto commodum consequi debeat*; & in *cap. sedes Apostolica 15. eod. tit.* ait, quòd *penitus careat impetratis.* Quæ verba, cum adè generalia & absoluta sint, sufficienter indicant, ne tunc quidem impetranti Rescriptum aliquod commodum obvenire, si Rescriptum capitula plura & separata habeat, & ob- vel subreptio tantum in uno capitulo reperiat: cum alioquin vix esset differentia inter ob- vel subreptionem ex dolo & ignorantia commissam: non obrante regulà Juris, quòd utile per inutile non debeat vitari *cap. 37. de R. J. in 6.* hæc enim cessat, ubi Lex & voluntas Legislatoris totum actum aut negotium invalidat. Panormitan. in *d. c. super literis n. 2. & 4.* Barbosa *ibid. n. 4.* Canisus *eodem tit. n. 3.* P. Engel *eod. tit. n. 11.* Reiffenstuel *ib. num. 175.*
- 88** Dissentiunt Gonzalez in *cit. cap. n. 6.* Clariss. P. Wiestner ad *eund. tit. n. 95.* Clariss. P. Schmalzgrueber ad *cit. tit. q. 17.* si capitula nullò modò connexa sint, ut si in uno dispensatio in voto, in altero collatio beneficii petatur ob textum in *cap. si eo tempore 9. de Rescript. in 6.* in quo tacitus defectus ætatis, ad beneficium curatum insufficientis, non obstare dicitur, quò minus literæ gratiosæ ad beneficium simplex, ad quod precator est idoneus, valeant. Sed textus iste quàm optime potest explicari vel de subreptione ex ignorantia commissa; vel omninò de casu, quò nulla sub- vel obreptio intervenit, sed simpliciter pro beneficio apud Sedem Apostolicam supplicatum est, veluti textum insufficienti primò quasi intuitu apparebit.
- 90** In secundo casu refert, sine talis suggesta falsitas, aut veritas suppressa, quæ etiam cognita, Rescribens in formâ communi saltem Rescriptum concessisset; an verò illâ cognita Rescriptum sub omni formâ & modo denegasset. Si prius; in forma communi Rescriptum concessum esse censetur: quia ignoran-

tia & simplicitas, uti in aliis Juris casibus, ita etiam in impetratione Rescriptorum indulgentiam & excusationem meretur. Gonzalez *d. l. num. 10. in fin.* Si posterius; Rescriptum ad nihil planè conducit, non in penam supplicantis, sed propter defectum voluntatis in Rescribente. P. Engel *cit. num. 11.* ubi etiam exempla ponit, quòd, si quis falsò exponeret, omnes processus in patria summariter tractari, Rescriptum, impetratum cum clausula *processus summarii*, saltem valeat in ordine ad processum ordinarium; Sin autem supplicans reticeret, quòd causa, super qua supplicat, jam sententiâ judiciali vel transactione fuerit sopita, Rescriptum penitus invalidum sit: quia S. Pontifex non intendit, lites jam sopitas resuscitare.

Dubium autem est I. utrum *cap. super literis 93* non solum in Rescriptis Justitiæ, de quibus expressim loquitur, fed etiam in Rescriptis Gratiæ locum habeat?

Resp. affirmativè. Ita Joannes Honorius ad *tit. de Rescript. n. 32.* Abbas in *cap. super literis n. 5.* Fagnanus in *idem cap. à n. 54.* P. Engel *cit. tit. n. 12.* Reiffenstuel ad *cit. tit. à num. 63.* Nam textus in *cap. gratia 7. de Rescript. in 6. cap. 94* si pro *litteris 8. cap. dudum 14. v. considerantes de Præbend. in 6.* supponunt, collationem beneficii fuisse validam, etsi aliquid à supplicante omisum, & sic veritas suppressa sit: quia nempe, cognita quoque veritate, S. Pontifex nihilominus beneficium indulgisset. Textus etiam in *cap. si eo tempore 9. de Rescript. in 6.* manifestè decidit, Rescriptum, ad beneficium curatum à Pontifice concessum, valere saltem ad consequendum beneficium simplex, quando impetrator tempore datæ non fuit in ætate, quæ requiritur ad beneficium curatum, constitutus: quia videlicet, cognita quoque minoris ætatis defectu, Pontifex nihilominus beneficium simplex concessisset. Supponunt itaque recensiti textus, ob- vel subreptionem ex ignorantia vel simplicitate circum punctum aliquod, intentioni Rescribentis non adversum, accidisse: quoniam si dolo intervenisset, mendax precator ex supra dictis gratia se fecisset indignum; si finem intentione seu causa finalis Rescribentis fuisset adversa, simplicitas aut ignorantia precatoris non potuisset sustinere gratiam juxta *cap. si motu 23. §. sedes de Præbend. in 6.* ubi reticentia beneficii, quantumvis modici, antehac obtenti, Rescriptum Gratiæ de novo beneficio vitiat.

Negativam amplectuntur Gutierrez *Q. 96 Canon. lib. 2. cap. 17. num. 38. & 51.* Pirhing de *Rescript. n. 241.* Wiestner *ibid. n. 83.* opinantes, Rescriptum Gratiæ etiam ex non-dolosa sub- aut obreptione vitari, propter textum in *cap. susceptum 6. de Rescript. in 6. cap. non potest 21. cap. si motu 23. de Præbend. in 6.* qui tamen intentum apertè non probant, sed tacitè admittunt

tunt distinctionem *cap. super literis*, ita ut Rescriptum Gratiæ, ex dolo obtentum, vel defectu causæ finalis laborans, sit ipsò Jure nullum; secus verò pro valido habeatur.

- 97** Dubium est II. an dispositio *d. cap. super literis* procedat etiam respectu falsitatis ex defectu causæ impulsivæ? E. G. aliquis se jactat Italum esse, cum Germanus sit, eâ intentione, ut facilius à Romano Pontifice beneficium consequatur: dubium est, an, si Pontifex beneficium, cognita etiam veritate, quòd orator non sit Italus, sed majori cum difficultate, concessisset, Rescriptum subsistat?

Respondent Covarr. *lib. 1. Var. Resol. cap. 20. num. 5.* Wiestner de *Rescript. num. 42.* Reiffenstuel *ibid. n. 184.* affirmativè. Textus est in *cap. dudum 14. v. considerantes de Præbend. in 6.* ubi gratia subsistere dicitur, etsi taceatur verum, quò cognitò Papa nihilominus rescripserit.

- 98** Ratio est: partim quia, stante falsitate solius causæ impulsivæ, adhuc est voluntas in concedente; partim quia cæteræ dispositiones, & actiones ex defectu solius causæ impulsivæ non vitiantur, ut patet in legato ex *l. cum tale 72. §. 6. ff. de Condit. & Demonstrat.*

- 99** Verum nisi DD. citati distinguant juxta *cap. super literis*: utrum causa impulsiva sit suggesta ex dolo, vel ex simplicitate? Huic sententiæ adimplari non possum: tum quia ex n. 85. mendax precator omni effectu & gratiâ, per Rescriptum indultâ, destituitur: tum quia *cap. super literis* in prima parte non distinguit, an dolo habeat rationem causæ finalis vel impulsivæ; sed tantum in secunda parte, ubi agit de sub- & obreptione ex ignorantia vel simplicitate: quod signum est, quòd dolosa sub- vel obreptio absolutè Rescripta convellat. Adeoque præfatam sententiam solum recipio, ubi falsitas causæ impulsivæ sine dolo irrepit. Fagnanus in *d. c. n. 33.* citans alios, Reding *q. 18. a. 1. contr. 3. num. 5.* Abbas in *d. cap. num. 2.* Menoch de *Arbitr. Jud. cas. 201. num. 22.*

- 100** Dubium est II. an si in Rescripto duæ causæ copulativè sint expressæ, quarum altera vera, altera est falsa, Rescriptum sit nullum? E. G. aliquis dicit, se esse Nobilem ex sanguine, & Doctorem, ac Rescriptum impetrat ad beneficium, *si Nobilis & Doctor* sit: dubium est, an, si quidem Doctor sit, non tamen ex sanguine Nobilis, Rescriptum valeat? Respondent DD. infra citandi, valere, si utraque causa ferorim ex Stylo Curie, de Jure vel Consuetudine ad impetrationem Rescripti sufficiat.

- 101** Ratio est: tum quia Rescriptum ex falsitate causæ impulsivæ non vitatur ex *num. anteceditum* quia, si duæ causæ disjunctivè ponantur, & altera vera, altera sit falsa, Rescriptum non invalidatur. *cap. inter cæteras 4. de Rescript. cum in alternativis fuerit alterutrum subsistat cap. in alternativis 70. de Reg. Jur. in 6.*

Ergo nequè tunc invalidatur Rescriptum, quando duæ causæ conjunctivè ponuntur, utpote cum defectus alterutrius rationem causæ impulsivæ aut disjunctivæ censetur habere: eò quòd, cognita falsitate, nihilominus Rescriptum fuisse concedendum supponatur. Felinus in *cap. ex parte 2. cit. tit. num. 3.* Gutierrez *Q. Q. Canon. lib. 2. cap. 15. num. 55.* Wiestner *cit. l. n. 86.*

Sed neque huic sententiæ aliter, quàm sub 102 distinctione sæpius *cit. cap. super literis* subscribere valeo: cum, si dolosè alterutra causa à supplicante sit expressa, jam nullum favorem à Rescribente mereatur ex ratione primùm datâ. Id quod ex *l. cisi 5. Cod. si contra Jus* bene confirmari potest, ubi ab initio mendax precator indefinitè jubetur *impetratis penitus carere*: deinde subjungitur, quòd, si nimia mentientis inveniantur improbitas, etiam severitatis *judicantis subjacet*: ideòque supponitur, mendacium posse esse vel ex parte vel ex toto, & nihilominus in utroque casu Rescriptum invalidum esse decernitur. Barbosa in *cit. cap. num. 22.*

Dubium est IV. an Rescripta, dolosè impetrata, sint ipsò Jure nulla? Schambogen *cit. tit. num. 28.* Zoëf *ibid. num. 34.* Krimer *eod. tit. num. 145.* inter Rescripta Gratiæ & Justitiæ distinguunt, ac illa ipsò Jure invalida, hæc invalidanda pronuntiant per *cap. si autem 9. & cap. 23. de Rescript.* Verum Gonzalez *cit. l. n. 8.* 104 utraque vel ipsò Jure invalida esse per *cap. d. cap. super literis ibi: nullum commodum consequantur; & nullatenus de causa cognoscant. cap. sedes 15. eod. tit. ibi: tanquam mendax precator careat penitus impetratis*: quæ verba, cum de Rescriptis Justitiæ proferantur, satis illorum omnimodam inutilitatem manifestant. Ne 105 que textus oppositi refragantur: quia de dolosâ vel negligentè retentione Rescripti loquuntur, quâ impetrans intra annum Rescriptum præterite negligit: tunc enim in penam fraudis & negligentie Rescriptum posterius, ab alio sine mentione prioris obtentum, antehac invalidum, convalescit.

Dubitarum V. an *motus proprius*, ex quo juxta 106 *ta num. 7.* Rescripta quandoque conceduntur, purget vitium ob- vel subreptionis?

Affirmativa & negativa sententia suos habet fautores, uti perhibet Author *Epit. quæst. select. de Jure Ord. & exemptor. p. 1. q. 20.* Ego 107 autem distinctè respondendum arbitror, ac vitium subreptionis per reticentiam veritatis alteriusve qualitatibus, cæteroque exprimendæ, purgari censèo per *cap. si motu proprio 23. in pr. de Præb. in 6. Clem. si Romanus 4. eod. tit.* non autem vitium obreptionis, per expressionem falsi commissum arg. *scpe cit. cap. super literis.* Passerin. ad *cit. cap. si motu proprio n. 10.* allegans decisionem Rotæ in novis; Pirhing ad *tit. de Rescript. n. 111.* P. Schmalzgrueber *ibid. n. 11.* P. Reiffenstuel *ib. n. 203.*

## SECTIO II. De Rescriptis Justitiæ.

### SUMMARI A.

108. Describitur Rescriptum Justitiæ. 109. Est Responsum Principis. 110. & seq. Ad Jus explicandum, vel applicandum. 112. In scriptis datum. 113. Habet effectum à tempore data quoad qualitates impetrantis. 114. Sed quoad virtutem Rescripti à tempore presentatæ. 115. Declaratur exemplò. 116. & seq. Statuuntur ea, quæ in Rescripto Justitiæ debent exprimi. 122. & seq. Interpretatio faciendâ secundum

Fus Commune. 124. & seq. De casu scribta interpretatio adhibetur. 129. & seq. Rescripta Justitiæ etiam de Jure Canonico censentur perpetua. 132. & seq. Excepto casu, quò impetratur secundum, & primum ex malitia vel negligentia non presentatur. 134. & seq. Eorum executio intra triennium est faciendâ. 137. Locus executionis indigitatur in cap. statutum 11. de Rescript. in 6.

### §. I.

#### Quid sit Rescriptum Justitiæ?

108 **R**escriptum Justitiæ, taliter juxta num. 12. appellatum ab objecto, circa quod concipitur, est responsum Principis ad Jus, vel explicandum vel applicandum, in scriptis datum.

109 Dixi I. responsum Principis; quæ vocabula generis locum occupant, ac suam explanationem ex num. 4. accipiunt.

110 Dixi II. ad Jus explicandum, vel applicandum. Ut innuerem, Rescripta Justitiæ duplicia esse: alia, quæ petuntur & redduntur ad Jus antehac dubii & intricati majorem declarationem; alia (& hæc sola presentis dispectionis materiam faciunt) quæ sollicitantur & impetrantur ad Jus, de le certi & liquidi, administrationem & applicationem ad casum & factum dubium.

111 Discrimen utriusque desumitur ex n. 52. & seq. quòd priora constituent Jus Commune; posteriora Jus particulare inter partes, quas concernunt, operentur.

112 Dixi III. in scriptis datum. Debet igitur & Rescriptum Justitiæ literis esse concreditum, ut valorem & effectum consequatur ex n. 8. Sed an statim à tempore data, quòd nimirum à Rescribente signatum fuit & subscriptum; an primum à tempore presentatæ, quòd nempe Judici delegato presentatur, vim obtineat? 113 Cum distinctione resolvendum est. Vel

### §. II.

#### Quid exprimentum sit in Rescripto Justitiæ?

116 **U**T Rescriptum Justitiæ legitimo modò concipiatur, I. in casu, quò duo Rescripta ad diversos Judices impetrantur, in secundo faciendâ est mentio primi cap. ceterum 3. ubi latè Gonzalez à n. 2. cap. ex tenore 16. de Rescript. secus enim non creditur, quòd Papa revocare voluerit primum, nullâ illius factâ mentione.

117 II. si reus per Rescriptum extra suam diæcesin ultra duas diætâs de Jure antiquiori per cap. nonnulli 28. in fine pr. d. t. & Jure noviori in cap. statutum 11. §. cum verò eòd. in 6. ultra unam evocetur ad alium Judicem, exprimi

enim agitur de qualitate & habilitate impetrantis; vel de executione & effectu ipsius Rescripti. Si primum; attenditur tempus datæ, veluti colligitur partim ex cap. ipso Jure 1. de Rescript. in 6. ubi Rescriptum, ab excommunicato impetratum, pronuntiatur invalidum; partim ex cap. ult. eòd. X. ubi Rescripta declarantur irrita, si tempore impetrationis & expeditionis supplicans jus agendi non habuerit. Si secundum; tempus 114 presentatæ consideratur tum arg. cap. super eo 12. de Appellat. ubi tempus, pro formando vel absolvendo processu, in Rescripto determinatum, ante non currere dicitur, quàm Judices contigerit literas recepisse; tum arg. cap. ut debitus 59. eòd. tit. ubi Judici Ordinario permittitur continuatio processûs, licet pars, coram eo conventa, excipiat, se Rescriptum vel causæ delegationem ad alium Judicem impetrâsse, priusquam literæ fuerint actu delegato Judici presentatæ. Unde 115

si Judex, in Rescripto Apostolico deputatus, tempore datæ fuisset in Prælatura constitutus, tempore presentatæ verò Prælaturam resignasset, non posset ampliùs causam delegatam suscipere arg. cap. statutum 11. in pr. de Rescript. in 6. P. Engel d. t. n. 18. P. König eòd. tit. sub n. 9. P. Wiestner ib. n. 132. & seq. P. Reiffenstuel n. 69. 70. & 76.

III. quando Rescriptum ex capite spoliî contra Pontificem, beneficio spoliantem, impetratur, causâ spoliî exponenda est cap. dilectus 26. d. t. quia, nisi de spoliî injustitia constet, Rescriptum contra Judicem spoliantem expediri non solet.

IV. ubi lis pendet in causa, super qua Rescriptum indulgetur, litis pendentiâ & perso-

persona Judicis, coram quo lis inchoata fuit, exprimat, opus est arg. cap. ult. Ut litæ pend. nihil innov.

120 V. ubi jam conclusum est in causa, lata sententiâ, transactio vel appellatio interposita, hæc omnia in Rescripto de necessitate sunt ponenda, si controversia fuerit agitata coram Judice ordinario, si ve coram arbitro per cap. ex parte 12. de Rescript. cap. bona 3. de Confirmat. ut. cap. expensa 11. de Arbitr. l. cau-

sas 16. Cod. de Transact. Rota Rom. in recent. p. 18. tom. 1. decis. 210. n. 5.

VI. dum Rescriptum ad instantiam partis redditur pro influentiâ speciali inquisitione in personam, necessum est, ut quiddam de diffamatione prævia vel aliis indicîis inferatur per cap. inquisitionis 21. §. tertia cap. qualiter 24. de Accusat. cap. si is eòd. in 6. Videantur Clarissimi Viri, P. Wiestner ad tit. de Rescript. à n. 48. P. Schmalzgrueber num. 9.

### §. III.

#### Qualiter interpretanda sint Rescripta Justitiæ?

122 **I**nterpretatio cujuslibet Rescripti Justitiæ juxta specialia, quas continet, clausulas fieri debet. Generaliter autem in interpretatione Rescripti duo sunt consideranda. Primum est, quòd in dubio non contra sed juxta Jus Commune sint exponenda per textum in cap. causam qua 18. de Rescript. ubi Ab-

123 bas num. 1. & Fagnanus num. 4. Ratio est: quia per Rescripta Justitiæ Rescribens intendit Jus & justiciam partibus administrare: consequenter non contra sed juxta Jus Commune præsumitur rescriptisse per cap. Rescripta 15. XXV. q. 2. l. ult. Cod. si contra Jus l. Rescripta 7. Cod. de Precibus Imperat. offerend.

124 Alterum est, quòd Rescripta Justitiæ tam quoad personas, quàm quoad causas, strictissimam recipiant interpretationem. Ratio est: quia hujusmodi Rescripta gemino ex capite sunt odiosa, & quòd Ordinarii Judicis potestatem minuunt; & quòd fontem ac scaturigines libitus aperiant. Hinc ubi Rescriptum ad lites impetratur contra certas personas eum clausula: & quidam alii &c. neque-

und digniores & majores personæ, quàm expressæ fuerint, atque ad summum tres vel quatuor in judicium vocari; eorumque nomina statim in primo citatorio debent allegari, ne locus fraudibus & licentia variandi concedatur cap. sedes 15. de Rescript. cap. cum in multis 2. eòd. in 6. Passerin. ibid. à n. 13. Similiter ubi Rescriptum contra homines certæ diæcesis emanat, non possunt homines civitatis Episcopalis, in diæcesi existentis; minus homines, etiam ejusdem nominis, in alia diæcesi conveniri cap. significavit 34. cap. Rodolphus 35. de Rescript. Reiffenstuel ad cir. tit. num. 123. & seq. Ex eadem ratione Rescriptum, quòd contra defunctum erat concessum, re adhuc integrâ non porrigitur ad hæredes aut successores alios; nisi forsitan intuitu rei v. g. castri vel pagi concessum fuerit cap. significavit 36. d. t. P. Wiestner ad eand. tit. n. 109. P. Schmalzgrueber num. 27. Pariter ubi Rescriptum est munum clausulâ super his & aliis quibusdam negotiis &c. ad majores & graviores causas, quàm nominatæ sint, extendi non valet d. cap. sedes 15. §. nec super. Panormit. ib. n. 2. Pirhing ad eand. tit. n. 19.

### §. IV.

#### Quomodo Rescripta Justitiæ sint presentanda, & excecenda?

129 **Q**uoad presentationem Rescriptorum Justitiæ Felinus, Baldus, Decius, Jasonus, quos refert Gonzalez ad cap. plerumque 23. de Rescript. n. 3. differentiam inter Jus Civile & Canonicum statuunt, atque de Jure Civili per text. in l. falsò 2. Cod. de Divers. Rescripti. Rescripta Justitiæ perpetua esse; de Jure Canonico per textum in d. cap. plerumque & cap. si autem 9. eòd. tit. annalia, & intra annum presentanda esse volunt.

130 Sed quia inter Jus Civile & Canonicum sine urgenti ratione & evidenti necessitate non est adstruenda diversitas, ac in presententi nec ratio nec necessitas id exigit: meliùs judicaverunt Abbas in d. cap. si autem n. 3. Fachinæus lib. 8. Controvers. cap. 65. Gonzalez d. l. Reiffenstuel num. 63. quòd etiam de Jure Canonico Rescripta Justitiæ non annali tempore adstricta, sed perpetua sint, hoc est, tamdiu durantia, quamdiu durat actio & Jus, ratione Juris impetrantur. Enimverò textus Civilis in d. l. falsò 2. discretè statuit, falsò asserari, auctoritatem Rescriptorum, devolutò spu-

ritio anni, obviare firmitatem suam non debere: cum ea, quæ ad Jus rescribuntur, perenni esse debeant, si modo tempus, in quo allegari, vel audiri debent, non sit comprehensum. Textus verò Canonici in d. cap. si autem 9. & cap. plerumque 23. loquuntur de casu speciali, quò diversa successivè Rescripta ad diversos Judices sunt obtenta: tunc enim, qui primum Rescriptum obtinuit, idque intra annum ex dolo vel negligentia presentare omisit, nequit ampliùs Rescriptum suum pro-vel opponere, si postea compareat alter, qui secundum Rescriptum ad alios Judices accepit, tamen in hoc secundo nulla de primo facta sit mentio, prout fieri debuisset juxta cap. ceterum 3. d. tit. Extra hunc casum ergo, quò dolo & negligentia castigatur, Rescripta Justitiæ tam de Jure Civili, quàm Canonico, in sensu jam explicato, perpetua, nec quoad presentationem annò circumscripta sunt. Confer Autores laudatos.

Cùm itaque Rescripta Justitiæ sint regulariter perpetua quoad presentationem, videntur

tur etiam perpetua quoad executionem per cap. venerabilis 20. de Judic. nisi à Rescribente certum tempus, intra quod causa est finienda, prescriptum, nec prorogatione partium fuerit extensum cap. de causis 4. de Off. Jud. De leg. Clariss. P. Schmalzgrueber ad tit. de Rescriptis. sub n. 34.

135 Verum, quia in tom. 2. lib. 2. tract. 1. cap. 7. circa fin. trademus, omne Judicium de Jure Canonico intra triennium esse terminandum, non possum hanc sequelam approbare; sed ad oppositum cap. respondeo, illud non aliter, quam in terminis, in quibus est conceptum, procedere, si nempe per cavillationes & subterfugia aduersarii causa citius ad finem perducitur nequiverit.

136 Quin etiam, si meritor Pontifex, causam

delegans, antequam delegatus uti coeperit, Jurisdictione, sibi delegata, Rescriptum Justitiae morte delegantis expirat cap. relatum 19. cap. gratum 20. cap. licet undique 30. de Offic. Jud. Deleg. de qua materia pluribus infra in rr. 5. in cap. 6. sect. 1. prope fin.

Quaeres: in quo loco Judex delegatus Rescriptum Justitiae debeat exequi, ac Judicium instituire?

Re. in civitatibus vel locis insignibus, ubi possit commode copia peritorum haberi; prout loquitur Bonifacius VIII. in cap. statutum 11. in fin. pro de Rescriptis. in 6. & simul in §. seqq. explicat, quid Juris sit, quando actor & reus diversè vel ejusdem sunt diocesis aut civitatis. Videatur Passerinus ad cit. cap. à num. 50. & Clariss. P. Guetrather ad cit. tit. in 6. an. 79.

## SECTIO III.

### De Rescriptis Gratiae praefer Jus.

#### SUMMARIUM.

138. Desinitur Rescriptum Gratiae praefer Jus. 139. Rescriptis favore. 140. In materia, à Jure non prohibita. 141. & seq. Habet effectum à tempore data. 143. & seq. Rescriptum ad beneficia non unius est generis. 147. & seq. Fuit recensentur ea, qua necessario sunt exprimenda in Rescriptis Gratiae ad beneficia. 154. Intelligitur hoc de Rescriptis Apostolicis. 155. & seq. Talia Rescripta sunt strictè interpretanda. 157. & seq. Demonstratur mul-

tis exemplis. 163. Beneficia tamen secundum se recipiunt ampliore interpretationem. 164. Rescripta Gratiae sunt perpetua. 165. Nisi concurrant duo, & primo imperatori possit imputari negligentia. 166. & seq. Aut num sit de beneficio determinato, alterum de in terminato. 168. & seq. Explanatur cap. si cui 36. de Præb. in 6. 171. Rescriptum ad beneficia intra 30. dies sunt exequenda. 172. Alioquin datur recursus, aut appellatio.

#### §. I.

#### Quid sit Rescriptum Gratiae praefer Jus?

138 Rescriptum Gratiae à materia, quam continet, sic appellatur, bifarium est, videlicet praefer & contra Jus. Rescriptum Gratiae praefer Jus describi potest, quod sit responsum Principis de concedendo favore vel gratia, citra Juris prohibitionem, in scriptis datum.

139 Dixi I. responsum Principis de concedendo favore vel gratia. Ubi simul convenientiam & disconvenientiam Rescripti Justitiae & Gratiae sub oculos posui.

140 Dixi II. citra Juris prohibitionem. Ubi diversitas inter Rescriptum Gratiae praefer & contra Jus insinuat. Illud siquidem (secus ac istud) non praesupponit aliquam Juris prohibitionem, quae mediâ Rescribentis gratiâ foret relaxanda; sed potius circa favorem, cujus indulgentiam Jus Commune nec prohibet, nec praecipit, versatur; cujus generis in foro Canonico praecipue sunt beneficia, dignitates, & officia Ecclesiastica, non incompatibilia.

141 Dixi III. in scriptis datum. Quod Rescriptum Gratiae scripturam efflagitet, constat ex num. 9. Quod autem effectum quoad imperantem habeat à tempore datae, constat ex cap. si eo tempore 9. de Rescriptis. in 6. ubi

decisum habetur, quod, si alicui per Rescriptum concedatur beneficium curatum, & ille tempore datae non habuerit aetatem canonicam, non possit acquirere beneficium curatum, licet tempore praesentatae jam attigerit illam aetatem: tum ex cap. tibi qui 12. d. 1. l. 2. in 6. cap. cum cui 7. de Præbend. eod. in 6. ubi, si duo ad idem beneficium literas gratiosas acceperint, is alteri praefertur, non qui primò accepit aut praesentavit, sed cujus literae primitus datae & signatae sunt.

Porrò hæc ipsa Rescripta quoad beneficia sunt duplicis generis. Alia vocantur Rescripta Justitiae, non quidem eo sensu, quod actum est fact. proced. sed quia ex quadam necessitate vel justitia conceduntur, in forma pauperum, vel in forma communis, vel secundum Apostolum; casu quo Clericus pauper supplicat pro beneficio Ecclesiastico. Cùm 144

enim beneficia Ecclesiastica cum in finem noscantur instituta, ut Clerici habeant, unde sustententur; æquum & justum est, Clerico pauperi beneficium concedi, saltem ubi jam Ordines majores suscepit per cap. cum secundum 16. de Præb. Alia vocantur in specie Rescripta Gratiae, quae conceduntur Clericis, etiam non indigentibus; vel in forma gratiosa;

titiosa; vel in forma dignum est. Concessa in forma gratiosa supponunt, Clericum aliunde jam dignum esse beneficium; proindeque dirigitur ad deputatos executores vel in eadem vel in separata membrana, non, ut examinetur persona dignitatem, sed eandem, Apostolicâ provisione jam munitam, in possessionem beneficii introducunt, contradictores (quales sunt de facto, non de Jure) compellendò: quamquam, cùm tales executores praesens deputentur in favorem provisi, is propria etiam autoritate beneficii possessionem apprehendere valeat. Rota

Rom. in recent. p. 10. decis. 240. n. ult. Card. de Luca de Benefic. disc. 37. num. 12. & seqq. Concessa in forma dignum dirigitur ad Ordinarium vel ejus Vicarium, eique collationem tituli vel institutionem in beneficio demandant, si Clericus, praemisso examine, reperitur idoneus: consequenter in effectu sunt conditionata, nec tribuunt jus aliud aut superatum examen. Rota Rom. in recent. p. 4. tom. 3. decis. 539. n. 3. & 4. & p. 2. decis. 92. n. 13. & seq. Card. de Luca de Benefic. disc. 35. n. 12. & seq. Garcias de Benefic. cap. 2. n. 2. Wiestner ad tit. de Rescriptis. n. 10. & seq.

#### §. II.

#### Quid exprimendum sit in Rescriptis Gratiae ad beneficia?

147 UT Rescripta Gratiae praefer Jus seu ad beneficia Ecclesiastica ritè concipiuntur, atque ab omni sub-vel obreptionis labe sint immunia, I. exprimendum est beneficium, si quod, etiam modicum, habeat supplicans: nam habenti beneficium non tam facile novum concedere S. Pontifex consuevit cap. cum adeo 17. cap. postulasti 27. cap. si proponente 42. de Rescriptis. cap. si motu 23. §. secus de Præbend. in 6.

148 II. facienda est mentio Rescripti anterioris, quò beneficium à Sede Apostolica concessum, non tamen acceptatum est cap. ad aliud diem 31. de Rescriptis: quia, qui primam alpernatur gratiam, indignum se reddit secundâ.

149 III. inferendum est etiam jus ad beneficium: nam si quis in Canonico v. g. Ecclesiæ cujusdam Cathedralis assumptus, solam Canoniam, & non præbendam, id est, non proximum fed remotum tantummodò jus percipiendi fructus obtinuit, in Rescripto novi Canonicius aut beneficii memoria fieri debet de priori. cap. in nostra 32. d. r. quia, qui jus habet ad beneficium, censetur ipsum habere beneficium arg. cap. relatum 9. de Præbend. & l. is qui 15. ff. de R. J.

150 IV. adstruenda est qualitas beneficii, prius obtenti, an v. g. sit dignitas vel personatus cap. ad aures 9. de Rescriptis. curatum an simplex cap. cum in illis 16. in pr. de Præb. in 6. an residentiam perpetuam exigit; nec ne per cap.

ult. de Cleric. non resident. an patronatum, electivum, collativum, vel unicum sit arg. d. cap. cum in illis 16. §. illis vero de Præb. in 6. an sit regulare vel seculare per cap. cum de beneficio 5. d. r. in 6. an sit Cathedralis vel non arg. cap. quamvis 4. eod. in 6. quia diversa qualitas beneficii diversam in concedente difficultatem operatur.

V. aliquid dicendum de valore beneficii, non quidem ex dispositione Juris Communis, sed ex stylo Curiae Romanae & Regulis Cancellariae, ut notat Cockier in Reg. 61. Cancell. num. 21. Quod tamen in Canonicibus Germaniae & Hispaniae, cùm omnes in Camera Apostolica ad 24. ducatos æqualiter sint taxati, non obtinet, ut testatur cit. Author num. 22.

VI. explicandus est modus, quò beneficium vacat, num resignatione, depositione, vel morte exeperit vacare per cap. suscepimus 6. de Rescriptis. in 6.

VII. non est reticendum, quando alius est in possessione, sive juris sive facti, dummodò non sit notoriè injusta cap. cum nostris 6. de Concess. Præb.

Hæc tamen, uti cum Felino ad cap. in nostra 154 d. t. n. 25. & aliis verè scribit P. Wiestner eod. tit. num. 74. atque ex textibus, per decursum allegatis, luculenter apparet, tam accurate non debent observari in Rescriptis aliis, quam Apostolicis: de his siquidem solis iidem textus loquuntur.

#### §. III.

#### Quomodo sint interpretanda Rescripta Gratiae ad beneficia?

151 Quamquam aliàs beneficia Principum largissimam habeant interpretationem per cap. cum dilecti 6. de Donat. cap. olim 16. de V. S. beneficia tamen Ecclesiastica, per Rescriptum gratiosum ab Apostolica Sede concessa, strictè sunt interpretanda cap. quamvis 4. de Præbend. in 6. ex ratione, ibidem data, quò ambigua sint; nempe tum ex parte supplicantium, qui per beneficium & lucrum & honorem quaerunt; tum ex parte Ordinariorum, quibus suum conferendi jus infringitur. Passerinus ad cit. cap. n. 6.

Unde si Pontifex alicui mandet provideri 157 de beneficio, non censetur aliud quam simplex intellexisse; & si etiam jubeat provideri de personatibus, dignitatibus, vel aliis beneficiis quibuscunque, non censetur comprehendisse beneficium curatum: cùm enim major idoneitas in beneficiis curatis desideretur, ideo est singulari expressione beneficium curati cap. cum in illis 16. de Præb. in 6. Passerinus ib. n. 1. 6. & 7.

Similiter quando Pontifex indulget beneficium, quod spectat ad collationem alterius,

de alio, quod ad ejus præsentationem vel institutionem pertinet, provideri non poterit, nec etiam ex converso: *expressio enim unò casuum prædictorum, mandatum super hoc factum (quod debet de sui natura restringi) ad alios extendi non debet; veluti sonant formalia textus in cit. cap. §. cum autem &c. Passerin. ibid. num. 32. & seqq.*

159 Rursus quando Pontifex rescribit de conferenda præbenda non-Sacerdotali, vel integra, vel certi valoris, non potest conferri Sacerdotalis, non-integra seu dimidia, vel minoris valoris *cap. cui de non 27. d. t. in 6. non enim, ait Bonifacius VIII. ibidem, hujusmodi mandata (quorum fines diligenter servari oportet) debent ad casus alios, quam expressis, extendi. Passerin. ad idem cap. à n. 1.*

160 Adhæc qui Rescriptum obtinuit de beneficio, proximè vacaturo, nequit obtinere beneficium, quod primum est erectum, Rescripto jam obtento *Clem. ult. de Rescriptis, quia nec vacare censetur, utpote cum possessorem non habuerit; nec de illo cogitatum esse præsumitur. Conf. Panormit. ad d. Clem. à n. 1.*

Præterea quando Rescriptum sonat de beneficio, per mortem vacante, non continet beneficium, vacans per resignationem, & econtrà *cap. susceptum 6. de Rescriptis, in 6. Passerin. ib. n. 15.*

Denique per beneficium, in Civitate vel Diocesi conferendum, non venit beneficium Ecclesiæ Cathedralis propter singularem illius honorem, uti dicitur in *d. cap. quavis 4. de Præbend. in 6. licet sub beneficio, in aliqua Ecclesia in provincia conferendò, propter amplitudinem verborum etiam Ecclesiæ Cathedralis beneficium veniat d. cap. quavis 4. in f. Passerin. ib. n. 20. & seqq.*

Dixi superius in num. 155. beneficia Ecclesiastica, per Rescriptum gratiosum concessa, strictam interpretationem capere. Nam beneficia, secundum se considerata, quatenus agitur de ipsorum fundatione vel dotatione, latam interpretationem promerentur *arg. cit. cap. quavis 4. in pr. ibi: quavis plenissima sit aliis in beneficiis interpretatio facienda &c. Passerin. ib. n. 3. cessat enim in illa hypothese ambitionis suspicio.*

§. IV.

Quomodo Rescripta Gratia ad beneficia sint præsentanda & exequenda?

164 Cum Rescripta Gratia ad beneficia sint perpetua per *cap. decet 16. de R. J. in 6. consequitur, quod omni tempore præsentari & executioni mandari possint juxta cap. si super 9. de Off. Jud. Deleg. in 6. Passerin. ibid. n. 1. & seqq.*

165 Nisi forsitan duo super eodem beneficio Rescriptum gratiosum fuissent adepti: tunc enim si primus impetrator per dolum aut notabilem negligentiam Rescriptum suum executori præsentare distulerit, secundus ei præferri potest *cap. sibi qui 12. in f. de Rescriptis, in 6. P. Keiffenstuel ad eund. tit. n. 100.*

166 Quod ipsum contingit, quando duo impetrant Rescriptum Gratia in eadem Ecclesia; unus generale ad beneficium, proximè vacaturum, alter speciale ad Archidiaconatum v. g. vel Decanatum: tunc enim, qui Rescripto speciali munitus est, præfertur alteri, Rescriptum generale habenti, licet in tempore priori per *cap. Augustam 14. §. nos igitur. cap. quavis sibi 38. de Præbend. in 6. quia generi per speciem derogatur cap. sicut. 1. in f. de Rescriptis, ubi Gonzalez à num. 10. cap. pastoralis 14. d. 1.*

167 P. König eod. tit. sub num. 9. ubi cum eodem Gonzalez num. ult. respondet ad *cap. ex parte 12. de Off. & pot. Jud. deleg.* quod ibidem Rescriptum anterius de Archidiaconatu, qui primò vacabit, conferendò, posteriori de conferendo certo Archidiaconatu præferatur: quia utrumque Rescriptum reipsa speciale censetur.

168 Equidem anteriori resolutioni, quod gratia sit perpetua, & Rescriptum ad beneficium semper in executionem deduci valeat, non nihil obloqui videtur textus in *cap. si cui 36. de Præbend. in 6. ubi Pontifex in casu, quò ali-*

cui mandatur, ut beneficium conferat, distinguit, an mandatum fuerit generale citra expressionem alicujus personæ; vel fuerit speciale, cum expressione certæ alicujus personæ; ac mandatum generale, non etiam speciale, negat expirare cum morte egregientis, re adhuc integrâ.

Verum e contra Passerinus ad *cit. cap. num. 5. & seqq.* quia, si mandatum sit generale, respicit gratiam & favorem illius, qui beneficium alteri pro suo libitu conferre potest: consequenter cum gratia respectu ipsius jam sit facta, non amplius creditur res integrâ mansisse. At, si mandatum sit speciale, non respicit gratiam & favorem illius, qui beneficium confert, sed cui conferendum est; adeoque respectu illius est nuda commissio & delegatio; respectu hujus est gratia, non facta, sed facienda; & eapropter censetur res integrâ manere, & cum morte concedentis interire.

De reliquo, cum Rescripta Gratia ad beneficia juxta num. 146. plerumque dirigantur ad Ordinarium pro eorum executione, tenetur ille, si vel impedimentum non obstat, vel contradicitor non appareat, intra 30. dies exequi Rescriptum, ac Oratorem in beneficii possessionem immittere ex constitutione Pii V. quam refert P. Wiestner ad *tit. de Rescriptis, n. 174.* Executione vel immissione hac intra tempus non factâ, in casu negligentia vel malicia datur recursus ad secundum executorem, si quis deputatus fuerit; at in defectu hujus & in casu negata ob indignitatem executionis vel immissionis locus fit appellationi; non quidem ad Metropolitanam,

Quid sit Rescriptum Gratia contra Jus, seu Privilegium? 151  
num, ut aliqui putant; sed ad Summum Pontificem: cum à Delegato Summi Principis ad Delegantem appellatur *cap. super qualifikatione 27. §. ult. de Off. & pot. Jud. Deleg.*

SECTIO IV.

De Rescriptis Gratia contra Jus, seu Privilegiis.

SUMMARI A.

173. Etymologia Privilegii. 174. Definitio. 175. & seq. Conceditur à Superiore. 177. & seqq. Non subdito non rectè confertur Privilegium. 180. & seqq. Debet continere specialem favorem. 183. Potest uni vel pluribus concedi. 184. Omne Privilegium est contra Jus Commune. 185. & seq. Conceditur in scriptis. 187. & seq. Assignatur illius discrimen à dispensatione. 189. & seq. Requiritur aliqua illius notitia. 191. & seq. Consideratur ad licitam concessionem iusta causa. 196. & seq. Est affirmativum; vel negativum. 198. & seq. Absolutum, vel respectivum. 200. & seqq. Reale vel personale. 203. & seqq. Gratium & remunerativum. 205. & seq. Purum vel conventionale. 208. & seqq. Commune vel privatum. 211. & seq. Clausum in Corpore Juris, vel specialiter indultum. 213. & seqq. Vulgare vel singulare. 216. & seq. Acquiritur concessione vel communicatione. 218. & seqq. Communicatio variat juxta varietatem clausularum. 222. & seqq. Latè probatur, quòd per clausulam dummodò SS. Canonibus &c. intelligantur Canonè Concilii Tridentini. 230. Effectus illius consistit in usu. 231. Qui in toto privilegiantis territorio potest exerceri. 232. & seqq. Imò, si nemini noceatur, etiam extra territorium extendi. 136. & seqq.

Explicatur sensus illius brocardici, quòd privilegiatus non restituitur contra privilegium. 239. & seqq. Limitatur & declaratur illa regula, quòd privilegia strictè sint interpretanda. 245. & seqq. Non patitur extensionem personalem aut localem. 248. & seq. Privilegium personale cum persona, reale cum re extinguitur. 250. Amittitur lapsu temporis præsentis. 251. & seqq. Cessat, cessante causa contraria. 255. & seqq. Exspirat revocatione, privilegio manifestata. 258. Perit renuntiatione. 259. & seqq. Desinit abusu. 262. Extinguitur non usu vel usu contrario. 263. & seqq. Non quidem si usus sit negativus. 266. & seq. Neque etiam per solum non usum omissum. 268. & seqq. Nisi per expressam Legem ad certum tempus usus adstringatur. 271. & seqq. Neque etiam per prescriptionem, si Privilegium sit affirmativum. 276. & seq. Bene verò si respectivum sit. 278. & seqq. Amittitur quoad possessionem per unicum actum. 281. & seq. Si non fuerit revocatus. 283. & seq. Explicatur cap. 8. de Constitutione. 285. & seq. Tempus pro prescriptione contra Privilegium est tempus, quòd aliis de Jure contra jus alterius præscribitur. 287. & seqq. Explicatur cap. 6. de Privileg. & combinatur cum cap. 15. eod.

§. I.

Quid sit Rescriptum Gratia contra Jus, seu Privilegium?

173 Rescriptum Gratia contra Jus habet quidem sub se dispensationem & Privilegiū; attamen, cum dispensationem jam sæpius attigerim, præferim in cap. §. n. 251. principaliter nunc agam de Privilegio, quod est contra scopum nostrum D. Isidorus ex eo derivat, quòd sit Lex privatorum, seu privata Lex, ac quasi in privato lata. Textus in cap. Privilegia 3. Dist. 3.

174 Definiri potest conformiter antecedentibus, quòd sit responsum Principis, seu legitimi Superioris, quòd specialis favor & gratia uni vel pluribus contra Jus scriptò conceditur.

175 Dixi I. responsum Principis, seu legitimi Superioris. Quòd dicendi genere suggesti primò aliquid, quòd Privilegium habet cum cæteris Rescriptis commune: deinde subjeci aliquid singulare, nempe quòd Privilegium non possit à quolibet Principe, sed illo duntaxat, quòd privilegiati Superior est, concedi. Cùm enim Privilegium ex dictis sit Lex privata, eximens privilegiantem ex dicendis à Jure Communi, & cæteros onerans, ne privilegiantem in usu Privilegii turbent aut impe-

diant; non potest ab alio, quàm Legislatore, ejus successore, vel superiore indulgeri *arg. cap. inferior 4. Dist. 21. & cap. cum inferior 16. de M. & O.*

Quòd si existimes, Privilegium etiam non-177 subdito e. g. peregrinis, viatoribus, personis Ecclesiasticis &c. communicari posse; idè quod non opus esse, ut impetretur à Superiore, veluti post alios docuit P. Wiestner ad *tit. de Privileg. n. 6. & seqq.* Sciendum est, 178 Privilegium non-subdito etatenus communicari posse, quatenus saltem transitoriam aliquam subjectionem ex prorogatione Jurisdictionis acquirit, sicuti dum peregrinis indulgetur facultas, in alienam provinciam mercès inferendi &c. Gibalin. *Scientia Can. lib. 7. cap. 7. q. 3. num. 2.*

Si tamen nec ista subjectio interveniat, concessio favoris, extraneo facta, transit in conventionem & dotationem irrevocabilem; prout in specie de Privilegiis, quæ conceduntur Clericis aut Ecclesiis, ex Thoma del Bene scribit Card. de Luca de *Regal. dist. 13. n. 6. Engel ad tit. de Privileg. n. 10. Zoëli n. 39.*